ARCHIVO HISTÓRICO
Universidad de La Sabana

IN NOMINE JESU CHRISTI,

AC DEIPARÆ A ROSARIO, ET ANGELICI NOSTRI DOCTORIS DIVI THOMÆ AQUINATIS. AMEN.

RECTOR, ET UNIVERSITAS FUNDATA AUTHORITATE PONTIFICIA, ET REGIA IN COLLEGIO ORDINIS Prædicatorum Sancti Thomæ Aquinatis Civitatis Sanctæ Fidei Indiarum Occidentalium, quibuscumque præsentes litteras inspecturis pariter, & audituris salutem in Domino. Cum ipsa æquitatis ratio jure suo postulet ut pro gloriosis virtutum, literarumque meritis, & pro laboribus in eisdem comparandis strenué perpessis, illustre dignitatis, & honoris præmium largiatur, omnibus, & singulis, quorum poterit interesse, tenóre præsentium notum facimus, quod personaliter costitutus honoravilis vir, purus ab omni macula sanguinis, atque legitimis é natalibus descendens Dominus Doctor Ferdinandus Cayzedo atque suis Certificationibus, quibus liquet, sequinq. in Jurisprudentia cursus audivisse, in hac Universitate approbatis, cæterisque prærequisitis juxta ipsius morem rite, rectéque peractis gradum, & insignia Doctoratus in Jure canonico in hoc Collegio recepit cum solita solemnitate anno millesimo septingentesimo nonagessimo conferente prædictum gradum R. A. P. Mtro. Fr. Juliano Barreto (die vigessima Obris) , Dominicano, Collegij, & Universitatis Rectore; prius tamem Fidem Catholicam, tactis sacrosanctis Evangelijs, solemniter, ac de verbo ad verbum professus est, solita præstitit juramenta, ac insupér de servanda, tuendaque doctrina contenta in decima quinta Sessione Concilij generalis Constantiensis juxta Domini Nostri Domini Caroli III Hispaniarum, Indiarumque Supremi Regis regium diploma. In cujus fidem præsentes litteras, appositione nostri nominis, sigillo Universitatis munitas ac per Secretarium subscriptas, ipsi Domino Doctori Ferdinando Cayzedo dari jussimus, in prædicta, Sanctæ Fidei Civitate, die 22 Decembris Anni Dni 1790.

Fr. Julian Barreto
Mro. Rect. ac Recos
3 8

Registrat. Lib. 5 folio 94 vto.

Une presente
Dr. Antonio Martinez
Recaman